

THESAURUS ANTIQUITATUM SACRARUM

C O M P L E C T E N S
SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

I N Q U I B U S
VETERUM HEBRAEORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

O P U S

Ad illustrationem utriusque Testamenti, & ad Philologiam sacram,
& profanam utilissimum, maximeque necessarium.

VOLUMEN DECIMUMSEPTIMUM.

A U T O R E
B L A S I O U G O L I N O.



V E N E T I I S

M D C C L V.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTHZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

CALENDARII JUDAICI DELINEATIO.

*In qua annus Judaicus quinques millesimus trecentesimus nonagesimus septimus
cum suis Sabbathis festisque representatur, connexus cum annis
Christi 1636. & 1637. cyclis Solis xxi. & xxii.*

*Sola Sabbathia mobilia sunt in anno Judaico; festa vero &
Jejunia perpetuo iisdem anni mensisque diebus
immota adhaerent.*

*Est autem iste annus 1397. ordine primus in cyclo Lunari
Judæorum ducentesimo octogesimo quinto.*

IN CALENDARI VESTIBULO HÆC OBSERVANDA VENIUNT.

I.

Primus annus in Epochæ Judaica cœpit anno Periodi Julianæ 953. Octobris septimo, feria secunda: cyclo Solis primo. Hoc est, annis 3761. ante Epocham annorum Christi,

I I.

Anni Judaici exordium est ab æquinoctio autumnali, quod in primo cycli Lunaris anno perpetuum est, ex abaco Ptolemaico.

I I I.

Anno Christi currenti, ut vocant, addantur 3761. summa erit annus Judaicus iniens ab autumno. Ut anno Christi 1630. incipit annus 5397. mense Septembri.

I V.

In calculo Æquinoctiorum & Noviluniorum observant Judæi tempus (uti Astronomorum filii loquuntur) medium, horasque numerant non a meridiano Hierosolymitano, uti hactenus creditum fuit, sed a meridiano Eden ubi creatus Adam, sub quo est Ur Chaldæorum: qui meridianus distat ab Alexandrino versus ortum scrupulis horariis 849. qualia in una hora continentur 1080.

Hujus, inquam, intercalationis beneficio impeditur mensium illa vaga migratio, & singuli in suis retinentur tempestatibus. Hac tertia anni forma usi quondam fuere Græci, Chaldæi, Syri, Judæi, Itali, Germani, Galli, ante tempora Julii Cæsar, discrepantes tamen tum anni capite, tum mensium appellationibus. Germanorum Gallorumque veterum menses fuisse Lunares docet Cæsar in Commentariis, & tam non fuisse vagos arguit vetus appellatio, ut *Faarmanet*, *Hoimanet*, *Trimilchi*, ^{Beda &} id est, mensis flumina mareque navigantibus aperiens: mensis fœno secando colligendoque idoneus: *Trimilchi* vero Majo nostro respondens a laetiis ubertate, tertio-^{post ipsum Scali-}_{lig.} que iterata mulssione diurna nomen habet. Hæc inquam aliaque mensium Germanorum nomina satis docent menses istos non fuisse vagos, sed in eadem anni tempestate hæsse. Quod etiam confirmatur luculento testimonio Diodori Siculi, scribentis ^{Emend.} *enneadecaeteris* populis ad Borealem Oceanum sitis, fuisse cognitam, temp. eamque ex motu Oceani fuisse observatam. Quare non omnis sapientia (ait Scaliger) penes Chaldæos & Orientem fuit. Etiam Occidentis aut Septentrionis homines fuerunt λογικὴ ζῶα. Est autem Enneadecaeteris cyclus novemdecim annorum *Cyclus Luna.* quo ratiocinia solis Lunæque paria faciunt. Admiranda enim Dei opificis providentia effectum est, ut menses Lunares 235. tempore æquentur novemdecim annis solaribus, quod apud Græcos primus demonstrasse fertur Meton Astronomus uno seculo prior Alexandro Magno. Qui Meton dictum mensium 235. numerum ita in annos novemdecim distribuit, ut sint duodecim anni duodecim mensium, & septem anni tredecim mensium. Illosque appellant communes, hos vero intercalares, Græce ἔλβολημαίσ. In annis igitur 12. communibus sunt menses 144. in septem annis intercalaribus continentur menses 91. simul constituentes dictam summam 235. mensium. Qui simul juncti æquantur annis novemdecim solaribus, adeo præcise ut differentia minor sit sesquihora, quemadmodum paulo post fiet manifestum. Quare non immerito hic Cyclus a Græcis μέγας οὐατός, Annus magnus appellatur: Annus non tantum Græcis Chaldæisque notus, sed etiam veteribus Cimbris, Saxonibus, Britannis aliisque Oceani Septentrionalis accolis. Quæ vel sola disciplina ipsos a barbarie vendicare potuit.

Sed ut ad Judæos revertamur: Cum staret floreretque ipsorum respub. usi sunt Judæi hac ipsa anni forma, tot gentibus communi, eandemque etiamnunc soli ex tot populis constanter retinet, ac conservant. Quod referendum putavi quo tanto ardenterius in hoc pulcherrimum utilissimumque studium incumberent viri literati, ad cognoscendum anni formam, qua non tantum Dei Ecclesia usa fuit, sed etiam majores nostri iu Germania, Gallia atque Britannia, atque adeo plerique omnes in Europa Asiaque populi, amplius dicam, Anni forma, quam nos Christiani a Patribus traditam adhuc servamus in celebratione festorum Paschatis & Pentecostes. Cujus anni a Judæis integre conservati subsidio adjutus atque probe instructus magnus ille Scaliger, divinum illud opus de Emendatione temporum condidit atque ex tenuibus veteris anni Græcorum & Latinorum vestigiis ruderibusque, structuram collapsam erexit, in pristinamque formam restituit. Quod nemo ante ipsum ob hujus subsidii defectum adeo luculenter præstare potuit.

C A P U T II.

De Principio diei apud Judæos. De meridiano Paradisi.

Notum est Judæos diem auspicari ab occasu Solis. Quod olim Gallis etiam in usu fuisse testatur J. Cæsar. Sed hora occasus Solis propter inæqualitatem dierum certa esse non potest. Epilogismus vero Astrorum requirit horam certam non vagam sed fixam. Quare placuit Judæis assumere horam sextam a meridie exactam. Qua hora scilicet occidit Sol principio anni Judaici, sive illud sit principium vernum sive autumnale. Ptolemæus autem tempus Astronomicum exorditur a meridie, hoc est octodecim horis serius quam Judæi. Quare tempori noviluniorum Ptolemæi addenda sunt horas 18. ut consentiat cum tempore Judaico, & quidem sub eodem meridiano Alexandrino Ægypti. Præterea quoniam meridianus Judæorum orientalior est Alexandrino scrupulis horariis 849. (qualia in hora una continentur 1080. dicta *Helakim* voce Hebræa.) Quæ scrupula 849. æqualia sunt sexagenis primis 47. secundis 10. idcirco præter horas adjici debent etiam scrupula 47. 10. Iste vero meridianus Judaicus major est Hierosolymitano. Nam uti docet Ptolemæus ex observationibus Eclypsium, ipsa Babylon ab Alexandria distat non amplius 50. scrupulis unius horæ. In cuius vicinia creatus creditur Adamus circa fluenta Euphratis,

T A B U L A Q U A R T A.

Termini neomeniarum Thisri , quos proxime antecedit
vel sequitur Rosch Haschana , docente
feria politica .

Cyclus Lu- næ Judaicæ.	<i>Initio annorum Judaic.</i>	<i>Seculo Mosis.</i>	<i>Seculo Salomonis.</i>	<i>Aera con- tractuum Macchab.</i>	<i>Seculo Apostolo- rum.</i>	<i>Nostro seculo.</i>
I	Octob. 7	Sept. 30	Sept. 29	Sept. 26	Sept. 25	Sept. 20
2	Sept. 26	Sept. 19	Sept. 17	Sept. 16	Sept. 15	Sept. 9
b 3	Sept. 16	Sept. 9	Sept. 6	Sept. 4	Sept. 4	Aug. 30
4	Octob. 4	Sept. 27	Sept. 25	Sept. 23	Sept. 22	Sept. 18
5	Sept. 23	Sept. 16	Sept. 15	Sept. 13	Sept. 11	Sept. 6
b 6	Sept. 12	Sept. 5	Sept. 3	Sept. 3	Sept. 1	Aug. 25
7	Octob. 1	Sept. 24	Sept. 22	Sept. 20	Sept. 19	Sept. 14
b 8	Sept. 21	Sept. 13	Sept. 11	Sept. 9	Sept. 8	Sept. 3
9	Octob. 8	Octob. 2	Sept. 30	Sept. 28	Sept. 27	Sept. 22
10	Sept. 28	Sept. 21	Sept. 19	Sept. 17	Sept. 16	Sept. 11
b 11	Sept. 17	Sept. 10	Sept. 8	Sept. 6	Sept. 5	Aug. 31
12	Octob. 6	Sept. 28	Sept. 27	Sept. 25	Sept. 23	Sept. 19
13	Sept. 24	Sept. 18	Sept. 16	Sept. 14	Sept. 13	Sept. 7
b 14	Sept. 14	Sept. 7	Sept. 5	Sept. 3	Sept. 2	Aug. 29
15	Octob. 3	Sept. 26	Sept. 24	Sept. 21	Sept. 21	Sept. 16
16	Sept. 22	Sept. 14	Sept. 13	Sept. 11	Sept. 9	Sept. 5
b 17	Sept. 10	Sept. 3	Sept. 2	Aug. 31	Aug. 30	Aug. 25
18	Sept. 29	Sept. 22	Sept. 20	Sept. 19	Sept. 18	Sept. 12
b 19	Sept. 19	Sept. 12	Sept. 10	Sept. 7	Sept. 7	Sept. 2

Trecentis quibusque annis termini minuuntur die uno . Quare quælibet colum-
na usui esse potest ad annos fere sexcentos .

Columna nostri seculi præcesserat pag. 22. sed hoc loco repetenda fuit .


Termini Paschales hos præcedunt diebus 163. in eodem anno Romano .

tur suos terminos. Tekupharum doctrinam nobis (air summus Scaliger) promptum est scire qui Julianus anni forma utimur, modo neomenia Tisri sedem in mense Juliano statuere sciamus. Semper enim Tekupha Tisri in 24. Septembribus.

Quod verissimum est. Exempli gratia. Cum Rosch haschana fixum fuerit in 20. Septembribus Juliani tunc Tekupha erit die quinto mensis Tisri. Et rursus si neomenia Tisri civilis sit 30. Augusti (quod accidit anno tertio cycli Lunaris) dicemus Tekupham autumnalem cadere in diem 26. Tisri. Denique ubi Rosch haschana connexum fuerit cum 24. Augusti, (quod evenire potest anno 17. cycli) tunc Tekupha Tisri egrediens terminos suos statuitur in die secundo Marchesvan.

Verum enim vero non satis est novisse diem Tekupha nisi etiam addantur horae: initio facto a Tekupha Nisan, quae funem ducit in doctrina Tekupharum; haec igitur Tekupha in anno bissextili Juliano observatur meridie, Anno primo post biss. in occasu Solis; Anno secundo post biss. media nocte, Anno tertio post biss. in ortu Solis, denique altero bissextili Tekupha revertitur ad meridiem.

Typus dicti quadriennii.



Cum horae numerantur a media nocte id accidet die 25. Martii meridie; die 25. sex horis a meridie; die 26. ineunte, die 26. in ortu Solis: deinde post alterum bissexturn rursus die 25. meridie. Iudei more suo dicerent die 25. meridie; die 26. ineunte; die 26. medio noctis; die 26. in ortu Solis, & rursus die 25. meridie. Hac horarum observatione tacite intercalatur dies solidus in anno solari, post exactum quadriennium.

Pro Tekupha Tisri addere oportet dies 182. horas 15. ad Tekupham vernalem. Quare anno bissextili Tekupha autumnalis Septembribus vigesimoquarto horis tribus post initium diei Romani, hoc est post medium noctem, Exemplum subiectam Tekupha Tisri:

Anno Christi.

1600	Anno biss.	Sept. 24	hor. 9	noctu.
1601	Anno primo.	Sept. 24	hor. 3	interdiu.
1602	Anno secundo.	Sept. 24	hor. 9	interdiu.
1603	Anno tertio.	Sept. 25	hor. 3	noctu.
1604	Anno biss.	Sept. 24	hor. 9	noctu.

In singulis quadrienniis eadem ratio est.

Hic horas numeravimus a principio noctis & a principio diei. Citima Tekupha anno bissextili, reliqua crescunt additione horarum sex, qui est quadrans diei.

Ista Tekupharum methodus facilis est & expedita, alioqui in Cal. Judaicis nihil est operosius indagatione Tekupha, cum illa queritur absque subsidio Calend. Romani.

Porro veteres Rabbini rituum ac ceremoniarum magistri ad Tekupharum doctrinam quasdam cautions apposuerent superstitiones, eo fine ut majori cura a vulgo observarentur Tekupharum momenta, quas hoc loco verbis Scaligeri subiectare libet.

Neque

Tabula inserviens inventioni Terminorum Tifri: hoc est cum quo
die anni Romani connectatur caput anni Judaici
cum cyclus Lunæ est 1.

Anni Judai- ci in- euentes	Æquinoctii tempus. dies hor. hel.	ANNI	Æquinoctii comple- mentum. hor. hel. d.	Cycli.	Excessus Lunæ. hor. hel. d.	Excessus Lunæ in an.	Helakim.	partes 190.
I	Octob. 6 15 108	1	o 86 4	1	o 76 6	1	4 6	
301	Octob. 5 15 108	2	o 172 8	2	o 153 2	2	8 12	
601	Octob. 4 15 108	3	o 259 2	3	o 229 8	3	12 18	
901	Octob. 3 15 108	4	o 345 6	5	o 306 4	4	16 24	
					o 383 0	5	20 30	
1201	Octob. 2 15 108	5	o 432 0	6	o 459 6	6	24 36	
1501	Octob. 1 15 108	6	o 518 4	7	o 536 2	7	28 42	
1801	Sept. 30 15 108	7	o 604 8	8	o 612 8	8	32 48	
2101	Sept. 29 15 108	8	o 691 2	9	o 689 4	9	36 54	
				10	o 766 0	10	40 60	
2401	Sept. 28 15 108	9	o 777 6	20	1 452	11	44 66	
2701	Sept. 27 15 108	10	o 864 0	30	2 138	12	48 72	
3001	Sept. 26 15 108	20	1 648	40	2 904	13	52 78	
3301	Sept. 25 15 108	25	2 0	50	3 590	14	56 84	
				60	4 276	15	60 90	
3601	Sept. 24 15 108	30	2 432	70	4 1042	16	64 96	
3901	Sept. 23 15 108	40	3 216	80	5 728	17	68 102	
4201	Sept. 22 15 108	50	4 0	90	6 414	18	72 108	
4501	Sept. 21 15 108	75	6 0	100	7 100	19	76 6	
				200	14 200			
				280	19 928			
4801	Sept. 21 15 108	100	8 0	281	19 1004 6			
5101	Sept. 19 15 108	125	10 0	282	20 1 2			
5401	Sept. 18 15 108	150	12 0	283	20 77 8			
				284	20 154 4			
5701	Sept. 17 15 108	200	16 0	285	20 235 0			

Annus Solaris Hipparchi & Ptolemæi supra dies 365. constat horis 5. hel. 993.
cum 6. decimis.

Anni igitur 19. habent dies 6939. hor. 16. hel. 518. $\frac{4}{15}$ cyclus Lunaris totidem
horasque & Helakim 595.

Quare Lunæ Excessus est $76 \frac{6}{15}$. Helakim, in quolibet cyclo.

Tabulæ usus duobus tribulve exemplis innotescet. Volo scire Molad Tifri in an-
no Romano, initio anni Judaici 5397. qui cadit in annum bissextilem nostrum
1636. Anno 5401. æquinoct. in tabula notatur Septemb. 18. hor. 15. 108. unde
constat neomeniam Tifri futuram die 19. aut 20. sed scire libet horam & momen-
tum. Tolle 5397. ex 5401. differentia est anni 4. quibus in columna complementi
respondent hor. o. scr. 346. quæ addenda sunt

ad Septemb. 18 15 108
 346

Sept. 18 15 454
Æquinoctii momentum dicto anno 5397. fuit
Septembris die decimoctavo horis 15. 454.
Quærendus nunc Excessus Lunæ in cyclis 284.
is est hor. 20 154
cui adde per regulam perpetuam hor. 14 96

dies 1 hor. 10 250
Si igitur hunc Lunæ excessum addideris
ad Septemb. 18 15 454
1 10. 250

20 1 704

Molad Tisri erit vigesimo die Septemb. hor. 1. 704. Tabulæ priores habent 3.
1. 704. maximo consensu. Adduntur horæ 14. 96. quia in primo anno Judaico
tantillo tempore Tisri morabatur æquinoctium.

Aliud exemplum ubi annus Rom. non est bissextilis.

Annus 5416. est etiam primus in cyclo Lunari. Quæritur ejus Molad in die an-
ni Romani. Differentia 5416. & 5401. est 15. annorum, quibus annis in columna
complementi convenienti scrupula e regione annorum 10. & ann. 5. nempe hor. 1.
fer. 216. quæ non addenda ut prius, sed subducenda sunt e radice

	Sept.	18	15	108
Subtrah. quoniam an. 5416. posterior est radi- ces 5401.	* Subtrahe		1	216
		18	13	972
Addantur 18. horæ			18	
Æquinoct. dicto an. 5416.		19	7	972
		hor.		
Excessus Lunæ cycl. 285.		20	231	
adde		14	96	
Distantia Lunæ ab æquinoct.		1	10	327
Æquinoctium Septembris die		19	7	972
		1	10	327
Tisri Septemb.		20	18	219

Molad Tisri e tabulis est 5. 18. 219. Et 20. Sept. est fer. 5.

Quæris cur additæ sint horæ 18? Id sit quoniam annus propositus 5416. est ter-
tius post bissextilem cyclo Solis 12. anno Christi 1655. Si fuerit annus primus ad-
duntur horæ 6. si secundus, horæ 12. si tertius horæ 18. Anno bissextili nihil ad-
dendum. Exemplum pertinens ad seculum Mosis.

Annus Judaicus 2262. inchoat cyclum Lunæ centesimum vigesimum, & in cyclo
solari est 22. Quæritur ejus connexio cum anno Rom. In tabula bini sunt numeri
2101. & 2401. utrolibet uti licet. Si tollas 2262. ex 2401. differentia erit anni
139. E contra deinde numero 2101. ex 2262. restant anni 161. Annorum 139.
complementum est hor. 11. 130. * addenda ad diem Sept. 28. 15. 108. Summa

* quia radix su- 29. 2. 238. Et quia annus 2262. est primus post bissextilem, additæ sunt horæ
perat an- lex. Est igitur tempus æquin. Sept. 29. 8. 238. Anni autem 161. habent comple-
num da- mentum hor. 12. 950. non addenda sed * subtrahenda ex Sept. 29. 15. 108. re-
tum.
* quo- 29. 2. 238. ut antea, ex additione: Et accendentibus horis 6. æquinoctium
niam fuit Septemb. die 29. h. 8. 238. Lunæ excessus congruens cyclis 119. est hor. 8.
rad. 2101 minor est 475. idemque auctus horis 14. 96. docet neomeniam Tisri esse infra æquinoctium
anno pro- hor. 22. 571.
posito.

Æquinoct. Sept.	29	8	238
	adde	22	571

30	6	809
----	---	-----

Tisri igitur anni propositi 2262. fuit Sept. 30. hor. 6. 809. Cujus character fer. 7. 6. 809. qui colligitur ex

Radice 1	2	5	204	Sept. 30. fuit fer. 7.
199 cyclis.	5	1	605	cyclo Solis 22.
	7	6	809	

Eiusmodi exemplis probatur fides Tabularum omnium non minus tab. quartæ quam cæterarum. Cognita anni primi connexione, tabula quarta docebit reliquo-rum annorum copulam.

C A P U T X I V.

De tribus nobilissimis festis in Ecclesia Judaica.

Tria in lege Mosaica instituta sunt festa magna, in quibus omnis mas compa-
rere jubetur coram Domino. Illa sunt, festum Paschatos, festum Septimana-
rum, sive Pentecostes, & festum Tabernaculorum. De quibus legendus est Moses
Exodi 12. Exodi 23. v. 14. Deuteronomii 16. v. 16. Illorum tempus legitimum in
Calendario ita designatur; Pascha semper decimaquinta Nisan, Pentecoste sexta die
mensis Siwan & Scenopegia decimaquinta mensis Tisri. Quamobrem Pascha &
Scenopegia die plenilunii, quod proximum est æquinoctiis. Agnus Paschalis compa-
randus die decima mensis Nisan (qui seculo Mosis Abib dici videtur) maestandus
die decimaquarta inter duas vesperas, hoc est inter tertiam & sextam horam po-
meridianam, & mox ineunte die decimaquinta solemni ritu comedendus. A Pascha-
te ad Pentecosten sunt dies quinquaginta, unde appellatio Græca. Et a Paschate ad
Scenopegiā dies 177. hoc est semestre ordinarium, quæ intervalla in Calendario
Judaico sunt perpetua. Nam istud semestre a neomenia Nisan ad sequentem neo-
meniam Tisri semper est dierum 177. Illud etiam observant Judæi feriam Pentecos-
tes esse secundam Paschatis & feriam Scenopegias esse tertiam Paschatis, quod sa-
tis intelligitur ex dicto dierum numero 50. & 177. ubi omissis septenariis remanet
1. & 2. Cum igitur Pascha fuerit feria prima, Pentecoste erit feria secunda, &
Scenopegia feria tertia. Item neomenia Nisan & Pascha sunt in eadem feria, quem-
admodum etiam neomenia Tisri & Scenopegia. Causa manifesta est: quia in quolibet
mense feria calendarum est etiam feria dierum 8. 15. 22. & 29. Porro festum
Paschatos Judaici nullo negotio aptari potest Calendario Romano, uti etiam festum *Regula*.
Pentecostes. Nam si a neomenia Tisri demantur dies 163. dies residui indicabunt
Pascha Judaicum in eodem Romano sed in antecedenti anno Judaico. Deemptis ve-
ro diebus 113. habebimus Pentecosten. Exempli gratia; Anno 5397. Tisri inchoa-
tur die 20. Sept. feria 3. qui dies est 263. a cal. Januarii, facta subduktione die-
rum 163. restant dies 100. qui numerus congruit 10. Aprilis fer. 1. anno Christi
1636 & anno Jud. 5396. Pentecoste 30. Mai. fer. 2.

Rursus anno Judaico 5398. Tisri nono Sept. numero 252. anno Christi 1637.
facta subduktione, residui sunt dies 89. congruentes diei 30. Martii Juliani fer. 5.
Pentecoste numero 139. Mai. 19. feria 6. eodem anno Christi 1637. sed anno Ju-
daico 5397. Diximus supra Pascha nunquam cadere in *Badu* hoc est in feriam 2.
4. 6. sed de eo sollicitus esse non debes, quoniam ubi rite constitutum fuerit ca-
put anni, hoc est principium mensis Tisri, nunquam ex hac methodo Pascha con-
tinget in Badu. Historiæ celebrationis Paschatis leguntur Josuæ 5. v. 9. item 2. Reg.
v. 21. Et 2. paralipom. 30. ubi Pascha celebratur mense secundo. Quod nonnun-
quam factitarunt Judæi stante ipsorum republica, uti ex ipsorum scriptis docet Sca-
liger.

Paschatos enim tempus legitimum illud est, ut Sole peragrante Signum primum
Zodiaci, die plenilunii celebretur Pascha, nefas judicabant anteverttere æquinoctium
vernū, aut diem plenilunii. Si igitur plenilunium contigisset pridie æquinoctii,
hoc est pridie Tekuphæ Nisan ut Judæi loquuntur, istud plenilunium adscribatur
mensi Adar, & sequenti novilunio erat initium primi mensis. Sed stante repub. Ju-
daeorum constituti fuere certi Judices quibus commissa erat rei annariae, & festorum

hel. 204. ducet in annos 3016. producunt dies 32068. hor. 17. hel. 744. unde si subduxeris menses 1085. sive dies 32040. hor. 17. hel. 725. restabunt dies 28. hor. 1. hel. 19. Epactæ annorum 3016. subducendæ e dicta radice Nabonassari addito prius mense integro, uti lex subductionis postulat.

	dies.	hor.	hel.	
Radix aucta	34	19	815	uno mense
Epactæ	28	1	19	annorum 3016.
Epactæ	6	18	796	

Habemus igitur Epactas Lunæ ad dictam temporis epocham, Mart. 21. an. 953. nempe dies 6. hor. 18. hel. 796. sub meridiano Alexandrino, horis numeratis a medio noctis. Novilunium igitur die 23. mensis Thoth. horis 17. hel. 1077. Tab. Fris. pag. 70. Cui tempori si addantur horæ 6. 849. erit Novilunium juxta dies Judaicos die 24. mensis Thoth. hor. 0. hel. 846. quod tempus congruit diei decimotertio Aprilis. At novilunium Tohu fuit uti toties dictum fuit, Octob. 7. 5. 204. Exploremus igitur an sint exæste menses sex intermedii.

	dies.	hor.	hel.	
13. Aprilis.	103	0	846	{ addantur.
sex menses.	177	4	438	
	280	5	204	Oct. 7. 5. 204.

Plenissimum videmus consensum tam in annis Ægyptiacis quam in annis Julianis. Hinc etiam fit manifestum dictum Novilunium Tohu incidere in diem 21. mensis Ægyptiaci Phamenoth, a quo die ad diem 14. Septembres anni Periodi Scaligeranæ 3967. sunt anni Ægyptiaci 3016.

Restat, ut de Æra Contractuum paucis agamus, qua usus est scriptor historiæ Macchabæorum.

C A P U T X V I.

De Epochâ Judæorum Alexandræa, quæ alias dicitur Æra Contractuum.

HÆC Epochæ nomen habet ab Alexandro Magno Philippi filio. Autor ejus fertur Calippus; & a Syromacedonibus transiit ad Judæos. Non est tamen eadem cum Periodo Calippi cuius meminit Ptolemæus in magna Syntaxi. Illa enim initium habuit an. Periodi Scalig. 4383. cycl. Lun. 13. Rom. Alexandræ autem cœpit annis 19. serius, anno Periodi Scalig. 4402. cyclo Lunæ XIIII. Anno Judaico 3450. Septemb. 6. feria 5. cyclo Solis VI. Hac temporis Epochæ, inquit Scaliger, usi sunt Syromacedones, Chaldæi, Judæi, Hagareni. Qui populi (post annos plus minus 280.) anno Juliano recepto annum suum ad hunc usque diem a Kalend. Octobris ordiuntur. Quod etiam confirmatur testimonio Alfonsinorum, qui inter hanc Epocham & æram Incarnationis ajunt interponi annos Rom. 311. dies 93. quod verum est.

Emend. Temp. pag. 91. Scriptor Historiæ Macchab. Historiam exorditur ab anno centesimo trigesimo septimo hujus Epochæ, hoc est annis fere 176. ante Æram Christi. Et 1. Macchab. 4. v. 52. narratur altaris sanctificatio facta anno 148. die 25. mensis nonni, qui est Casleu. Addantur anni 148. ad annos Judaicos 3449. summa est annus Judaicus 3597. quo istud factum. Si vis scire quot annis ante Epocham Christi, subtrahe 3597. ex 3761. restabunt anni 164. Quærendus dies in anno

Romano. Annus Jud. 3597. est annus sextus cycli Lunaris & præcessere cycli 189.
Idem annus est decimustertius cycli Solaris.

	dies.	hor.	hel.
Radix anni 6	4	13	1057
cyclorum 189	4	8	135
Character	1	22	112 Tifri.

Kebia Tifri feria secunda Kal. Septemb. Casleu Octob. 31. & 25. Casleu fuit Novemb. 24. anno Periodi Scalig. 4549. Erat annus Embol. abundans.

Scaliger huic Epochæ contractuum specialem attribuit tabulam Emendat. temp. pag. 93. qua tamen carere tuto possimus, & ejus loco uti præcedenti methodo. Æra contractuum vulgo appellatur, quoniam Judæi in civilibus contractibus, in emtionibus venditionibus, in locatis & conductis hac æra uti consuevere.

MEtam hic figere libet suscepτæ de forma methodoque anni Judaici scriptionis ex ipsis veteris Astronomiæ fontibus deponitæ. Kebiarum canones studio omisimus, quoniam tantum examinis loco sunt Judæis, ut ex iis innotescant calculi errata. Pergamus ad annos Arabicos sive Turcicos, quos Scaliger dicit esse omnium contumacissimos, quia legibus anni Romani subjici recusant, instar equorum refractoriorum qui frænos mordent. Nos tamen ipsos in ordinem redigimus, novisque astrinximus nexibus ut ipsorum contumacia vix ultra bidui spaciū excurrat, magno commodo illorum qui lectione Mufulmanicæ capiuntur Historiæ.

dierum singulos modo quatuor non excederent. Plures enim simul admittendos regulariter negant, argumento etiam ex illo, quod de Noacho dicitur sumto. *Mense secundo (f) in die 17. mensis ingressus est ḥc. in arcam, & dein in mense 7. die 17. ejusdem mensis arca quievit super monte Ararat; interjecto illo, ḥc cœperunt aquæ minui וְיַם כָּמָתָה בְּקָצָה a fine centum, & quinquaginta dierum*, qui fuit 17. dies mensis septimi. Unde ad hunc modum putant. A 17. die Ijar, seu mensis secundi, ad 17. diem Tisri qui septimus est, utrinque inclusive sunt dies 151. si menses illos singulos quinque plenos admittas. Quoniam vero temporis illius spatium unico die minus in textu fit, id est dierum 150. quorum postremus est ipse dies quo arca quievit, adeo ut excluso termino primo, seu 17 Ijar, restent dies 149. pro mensibus quinque sequentibus, ideo necessum esse ajunt ex hisce quinque unicum fuisse cavum, seu dierum 29. Quod quidem verum esse nemo non videt, qui calculum cum eis eundem admittat. Exemplum sic sibi hinc sumunt quatuor plenos faciendi etiam continuos, nec plures, quia in exemplo plures non habentur, sed nec in exemplo quatuor fuisse continuos liquet, sed liquet potuisse esse continuos, nec in contrarium quid constare. Et Lunares hinc menses tempore Noachi fuisse volunt; quia si solares, tunc dies hi quinque mensium pauciores non exitissent quam 152. quoniam annus solaris est dierum 365 & $\frac{1}{4}$ præter partem unicam partium diei 360. ut ajunt ipsi. Cavos autem menses continuos superare nolunt hi numerum ternarium. Et tribus per phales continuis admissis נֵנָה כִּן הַחִיּוֹב לְעִשּׂוֹת הַרְבִּיעֵי מֶלֶא scilicet quoties ex arbitrio, juxta quod & ajunt Talmudici, sive Cavi faciendo, sive Pleni. Atque ex mensibus hujusmodi Cavis, & plenis duodecim Annum sibi faciunt Communem, quemadmodum, & Talmudici, & veterem, seu Legalem hunc constanter etiam cum illis asserunt.

(a) *Seder. 1. cap. 5.*(b) *Seder. 1. cap. 11.*(c) *Seder 1. cap. 29.*(d) *Ibidem cap. 11.*(e) *Psalm. 104. 19.*(f) *Genes. 7. 11. ḥc 13.*

C A P U T V.

De Anno intercalari, seu cui adjectus est mensis decim tertius, nunc Cavus nunc Plenus. Atque de Intercalandi causis variis, incertissimisque.

INtercalari anno Menses fuere Tredecim. Scilicet Adar qui postremus est in anno Communi, adjiciebatur in Intercalari, alter Adar mensis, Adar secundus, uti & וְאֲדָר Veadar, seu Adar vocitant, cujus initium, & finis similiter, ut de Anni communis mensibus ante dictum est, constituebantur. Nec pro alia ratione, aut cavus fiebat mensis hic adjectus, aut plenus. Unde evenit ut quoties, cavus esset, annus intercalaris minimus ex diebus constaret 381. maximus ex 385. quoties plenus minimus haberet dies 382. maximus 386. intervenientesque suos pariter auctos minutosve numeros, ut heic oculos;

Anni Comm. dier. 352, 353, 354, 355, 356.

Mensis Adjectius 29 29 29 29 29

seu Adar secundus

Dierum summa 381 382 383 384 385

Si plenus adjiceretur Adar unitate auctus quilibet heic numerus anni pariter intercalaris quantitatem exhiberet. Ratio inrekalandi hujus mensis, unde fieret annus mense integro auctior (nam aut mensis integer anno aut nihil omnino intercalatione adjiciebatur) ex eo pendebat, quod festa ac solennitates, veluti Pascha, Pentecoste, Scenopegia, Dies Expiationum, aliae, justo, seu congruo anni naturalis, seu solaris tempore & juxta præceptum qua fieri possit divinitu rite celebranda. Quod evenire nequibat nisi sic augeretur ob notissimum undecim fere dierum excessum anni solaris, subinde annus Lunaris, ut menses ejus quatenus a numero denominarentur, commodius anni solaris tempestatibus responderent. Clavis heic erat præcipua, atque index anni totius disponendi Paschatis festum. Hoc enim rite collocato, reliqua suos consequenter ut haberent locos festa satis idoneos, necessum erat. Pascha (primum scilicet) nam secundum, quod mense Ijar, seu secundo celebrandum, ex primi tempore omnino pendebat) immolandum erat die XIV. Nisan, seu primi (a) mensis desinente, diesque festus XV. & insequentes aliquot variatim celebrandi; id est tempore Abib (b) seu maturescientium frugum in dierum menstruorum calculo sic a Numine consti-

tu-

- (e) *Gemar. Babylon. tit. Rosh haSchana, cap. 2. fol. 25. (a)*
 (f) *Levit. 23. 11.*
 (g) *Ibid. Cap. 16.*
 (h) *Macrob. satyr. I. cap. 15. & vide his Jacobum Gutherium de veteri Jure Pontif. lib. 1. cap. 22.*

C A P U T X I I .

Ez Talmudicorum & Scripturariorum Sententiae de Phaseon, atque Intercalationum decernendarum Loco, Intercalandi Tempore, ac Neomeniis sanctificandis.

Ligitimus Phaseon, atque intercalationum decernendarum Modus habetur in Loco, quo, sive Phasis, sive Intercalatio erat promulganda, in Tempore Anni Intercalandi, in Neomeniæ Sanctificatione, in Calculi Astronomici usu, in Testimoniis de Phasi admittendis, ac demum in Neomeniis ac Intercalationibus populo rite indicandis. Locus Talmudicis Hierosolyma erat dum ibi Synedrii Magni, cuius Collegis ut ostensum est incubuit hoc curare negotium, item Locus, Templo scilicet conjunctus. Cum vero alibi in Terra sancta id suas haberet sedes, ibi etiam hac de re decernendum; nec omnino alibi, nec sine convivio solenni. Phasis habitam ibi Lunarem promulgabant illi, unde mensis imminentis initium; quemadmodum, si phasis nulla, aut cavus, aut plenus mensis præteritus, juxta superius dicta, ab illis ibi fiebat. Postquam autem desit Synedrium, etiam, & desistit volunt illi [ut & ante dictum est] jus Neomeniarum ex phasi, atque intercalationum decernendarum. Scripturariorum vero hac de re sic statuant, ut etiam tam post Urbis, gentisque excidium quam ante, adeoque etiamnum, in Terra Sancta cum ex phasi Neomeniæ tum ex Abib [a] seu matrarentium frugum tempore annum, sive communem retinendum, sive intercalandum, juxta ante ostensa velint; qua de re plura mox ubi de utrorumque in regionibus aliis usu. Tempus autem Iatricalationis sub exitum anni intercalandi a Talmudicis plerunque collocatur, uti & res ipsa juxta eos interdum exigebat scilicet quoties ex causis præter incommodum Paschatis locum aliis supra dictis esset intercalandum. Nec omnino intercalandi edicta, seu Epistolæ intercalares emanabant ante initium anni intercalandi, ut docent illi, quod non

video non admittere Scripturarios. De Sanctificatione Neomeniæ loquuntur utrique, id est lunæ corniculantis Benedictione, cuius formula singularis habetur apud Talmudicos (b) quo & spectat illud Prophetæ, [c] *Clangite tuba in Neomenia, in tempore instituto, & die solennitatis vestrae.* Nam ex ipsa lege sacra neomeniis tum tubarum sonus [d] solennis, tum peculiare [e] sacrificium præstituitur, unde præ cæteris diebus sanctificandæ. Ez רָאשׁ חֲדָשִׁים principia mensum nuncupantur lingua Mosaica. Synedri autem qui rei huic præfuere simul ac tempore suo vidissent corniculantem Lunam [ut docent Talmudici] acclamabant מקודש Sanctificata est, Sanctificata est, suclamante similiter populo qui adficeret. Tradunt vero illi sanctificationis formulam hanc a Synedris neutiquam adhibendam Neomeniæ alicui præter eam, quæ phasi insigniretur tempore in suo, id est vespera, quæ exitu diei 29. mensis præterlapsi haberetur, adeo ut quoties plenus fieret mensis, seu 30. dierum Neomenia proxime insequens nunquam esset sanctificanda. Sed quantum video Scripturariorum sanctificandas omnimodas pariter docent Neomenias. Elia Ben Moseh [f] ex suorum doctrina, אֵלִיָּה בֶן מֹשֶׁה נְרָאָה הַיְמָן מָקוֹדֵשׁ והם לא יראה עַמּוּד שְׁלֹשִׁים וְאֶחָד וְאֶת השם דַע שְׁהִיּוּם הַוָּא מָקוֹדֵשׁ ואחר עירוביו דע שהיומם למחר הוא מקודש אמרם אם לא יראה ביום שלשים ולא בערך גַּם כֵּן רואים שלשים ואחד ואם יראה עס השם ספוך לשקיעתו דע שהיומם ההוא מקודש ואם יראה עס השם ספוך לשקיעתו דע שהיומם בעז יום נרול בנוון שנים שעשוות או שלשה קורם השקיעה דע שהיומם הקורם לו הוא מקודש אלהם סימני ההקרבות אשר אחר זמן הראייה אשר יורייש זמן המקודש אז Si conspiatur Luna cum Sole in die 30. scito hunc diem esse sanctificandum. Si non conspiatur cum Sole, sed conspiatur post vesperam suam, scito diem postriduanum esse sanctificandum. Sed si nec die 30. nec vespera compareat, observandus est dies etiam 31. in quo si appareat cum sole prope bujus occasum, scito diem hunc sanctificandum. Quod si conspiatur cum sole die aperto, veluti horis duabus, aut tribus ante occasum solis, scito diem hunc pridianum [Id est 30.] esse sanctificandum. Atque hæc sunt signa, seu causæ probabiles, seu conjecturales, quæ cum accident post tempus Visionis, [legitimum, & ordinarium, id est exitum diei 29.] docent rationem sanctificandi, quæ etiam tunc addibenda.

(a) Eliab

- (a) *Elijah Ben Moseh Seder I. c. 40.*
 (b) *Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin, cap. 5. fol. 42.* (a) *Jacob Ben Asher in Orach Chaim, cap. 426. Mos. Mikotzi præc. Aff. 27. fol. 114.* (a) *¶ vide I. Buxtorf. Synagog. cap. 17.*
 (c) *Psalm. 81. 3.*
 (d) *Numer. 10. 10. ¶ vide Levit. 23. 24.*
 (e) *Ibid. 28. 11.*
 (f) *Seder I. c. 16.*

C A P U T X I I I.

De calculi Astronomici apud utranque sectam usu in arcu visionis, seu Phasis Lunaris eruendo.

CAlculi Astronomici juxta utramque sectam heic usus ejusmodi erat, ut ex motu, ac loco Luminarium saepius (cum phasis legitima, ac ordinaria, sive per aeris nubila, sive alias ob causas haberi nequiret) operiosius ediscerent utrum omnino tempore suo, seu legitima, & ordinaria Astronomice haberi potuisset. Atque inde alia de mensum quantitate, ac de Neomeniis constituendis decernebant, sic nempe tempora menstrua ex artificii ratione digerentes, atque intra suos retinentes cancellos, quando visionis, seu phasis Vespertinæ carebant indicatione. Apud Talmudicos (a) epilogismus Astronomicus (cui item tres minimum Synedrii collegas præesse debuisse ajunt) hujusmodi exhibetur. Terræ illius latitudo septentrionalis inter gradus 29 & 33 (sive ut volunt alii 35; diffusius in Boream, quam vulgo recipitur, Terram illam extendentem) constituitur, & Hierosolyma sub 32 uti & Longitudo horum in gradu $66\frac{1}{2}$ ad Terræ sanctæ inter 63. & 69. Reputata utriusque Luminaris loco ineuntis diei a præcedente Neomenia civili trigesimali, seu temporis, quo phasis legitima, ac ordinaria expectanda [id est, juxta illos, הַיּוֹם הַשְׁקִיעָה ipius occasus Solis] adeoque, & Longitudine Lunæ a Sole diligenter observata; aut inter initium Capricorni, & Geminorum finem juxta signorum seriem repertus est Lunæ locus verus, aut inter Cancri initium, ac finem Sagittarii. Si in priori Zodiaci Semicirculo Longitudinem haberet tunc Luna graduum tantum 9. aut minore, consequens ajet nullam potuisse tunc haberi ullibi in terra sancta phasin; quemadmodum vivissim si plusquam graduum 15 in semicirculo illo esset tunc Lunæ Longitudo, dubitandum non fuisse quin Cœlo sereno phasis haberi potuisset ubique illuc locorum. Si in semicirculo Zodiaci

posteriori, seu qui a Cancri initio ad Sagittarii finem intercipitur, Longitudo Lunaris esset graduum duntaxat 10 aut minor, phasin haberi potuisse nullam pro certo statuebant; ut vicissim si gradus excederet 24 passim in Cœlo sereno potuisset haberi. At vero si gradus Longitudinis Lunaris in priori semicirculo inter 9 & finem 15 aut in posteriori inter 10 & finem 24. reperirentur, tunc ex Latitudinis, ac parallaxis ratione, descensionis varietate, prosthaphæresibus, id genus reliquis in Epilogismo Astronomico adhiberi solitis terminos, & Arcum Visionis (quem חַשְׁבָּת הַרְאִיָּה nuncupant) eruebant; unde pronuntiari posset an ea in vespera haberi in aere sereno quiret phasis necne. Scripturariis vero non tam revera aliis est epilogismi modus, quam alii, unde discriminem haud contemendum nasci palam est, inter putandum termini. Etenim cum Talmudicis diei initium habeatur in ipso Solis occlesia, Scripturariis vero (ut capite ante ostensum est quarto) in vesperæ Tertia initio, seu Crepusculi fine; ita apud hos initur ratio dum arcum visionis quantitatem venantur, ut arcus qui in crepusculi fine, seu Vesperæ Tertiæ initio coitum Luminarium insequente, inter ea intercipiatur, pro visionis arcu sit habendus, non vero ille qui inter Solis occasum & coitum. Quo nomine Talmudicos reprehendit Elijah Ben Moseh (b) & in Scripturariorum sententiā eorum aliquos a se monitos transiisse ait inquit הַיּוֹם קָשְׁתַּה הַרְאִיָּה וְהַיּוֹם חַשְׁבָּתַה שָׁעַת הַבְּקָשָׁה עַד עַתְּ הַשְׁקִיעָה וְהַיּוֹם עַתְּ הַשְׁקִיעָה וְלֹא יָדַע רֵעַת חַכְמֵינוּ שֶׁהַחֲלָת הַיּוֹם הוּא מִתְחַלֵּת הָעָרָב הַשְׁלֹוֹשִׁי וְהַרְאָתִי לְהַסְּמִיך זֶה הַפְּסִיק בְּסֶפֶרְיִים חַכְמֵינוּ וְהַרְאָתִי בָּזָה. Putare solent arcum visionis usque ad tempus occetus, atque ita eruunt tempus sanctificandum, scilicet ipsius Occetus; neque gnari sunt sententiæ sapientum sectæ nostræ, cui diei initium est a Vesperæ tertiae initio; quod ¶ ostendit illis in Nostrorum libris, nec rem porro diffitebantur, Elijah autem ille, constructis (c) motuum Lunaris, & Solaris tabulis כָּאוֹפֵק קָוְסָטְנָדוֹנָא לְרוּת הַחֲנָמָה עַמְנוֹאָל בָּעֵל אלְחָתָןִי וְלְרוּתִי הַחֲנָמָה הַכְּנָפִים ad Latitudinem Costantinopolitanam juxta doctrinam Albategnii, ¶ Emanuelis Geographi (Constantinopolis autem Latitudo ei est graduum 41 $\frac{1}{2}$) de Phasi Lunari ibi sic demum concludit בְּהִזְוֹרָה בֵּין סֻפֶּךְ דבר inquit (d). בֵּין הַפּוֹלֵד וְהַשְׁקִיעָה יוֹתֵר מִאַחֲרֵי עַשְׂרֵה שָׁעָות וְחַצִּי שָׁעָות וְחַצִּי עַד עַשְׂרֵים וּחַמְשָׁה שָׁעָות וְחַצִּי אֲפָשֵׁר שִׁירָאָה וּאֲפָשֵׁר שְׁלָא יְרָאָה וּבְהִזְוֹרָה בֵּין

Quæ diei adjectio semper fit in Mense Marchelvan, & exemptio semper in Mense Casleu. Sed istæ annorum differentiæ commode explicari nequeunt antequam cognita fuerit translatio feriarum, de qua nunc agendum.

C A P U T I X.

Feriarum translatio ejusque causa.

Translatio ista vel est astronomica proprie ad caput anni civilis spectans, vel est translatio religiosa ad anni sacri principium potissimum relata. Prioris translationis causa hæc est. Quoties in charactere Tisri sunt horæ 18. vel plures, transfertur neomenia in diem sequentem. Quoniam ab hora sexta vespertina in sequentem meridiem sunt horæ 18. hæc justa videtur translationis causa. Alteram peperit religio seu verius superstitione. Primum festum in anno sacro, ac præcipua dignitatis est festum Paschatos, quod semper celebratur decimaquinta die Nisan, cujus diei feria nunquam discrepare potest a feria neomeniæ antecedentis. Nam in quolibet mense communem habent feriam dies 1. 8. 15. 22. & 29.

Judæorum autem superstitione a majoribus tradita vetat Pascha celebrari feria secunda, quarta, vel sexta: restant igitur quatuor feriæ festo idoneæ, nempe prima, tertia, quinta, septima. Feriæ rejiculæ designantur voce יְמִינָה Badu. Qui characteres Hebraei respondent nostris numeralibus 2. 4. 6. Itaque sententia apud eos usitata est hæc, *Nunquam Nisan in Badu.*

Jam attende. A neomenia Nisan ad Tisri sequens semper dies 177. sive septimanæ 25. & dies 2. Unde sic loquuntur Judæi, *a Nisan ad Tisri, בְּבֵתְבַּר.* Si igitur feriis Nisan 1. 3. 5. 7. adjeceris singulis binarium, habebis ferias Tisri 3. 5. 7. 2. quæ solæ sunt idoneæ in anni civilis exordio. Rejiciuntur igitur 1. 4. 6. Hebraicæ יְמִינָה Adu id est 1. 4. 6. Nunquam igitur Tisri in Adu, hoc est, Judæi nunquam annum auspicantur a feria prima, quarta, vel sexta. Quare nec festum Tabernaculorum, istic feriis. Quod festum a 15. Tisri nunquam recedit. Festum vero Pentecostes (ut hoc obiter addam) unitatem adjicit feriæ Paschatos, ab eo distans diebus 50. Quare Pentecoste Judæorum observatur hisce feriis 1. 2. 4. 6. nonquam feria tertia, quinta aut septima.

Delectus igitur feriarum originem habet a festo Paschatos. Causa adhuc ignoratur. Nam quæ alii adferunt de continuatione festi cum Sabbatho, locum habere nequit in feria secunda, & quarta, nec etiam quoties Pascha celebratur feria prima. Sed redeamus ad Neomeniam Tisri, quæ si rite constituta fuerit, nunquam Pascha incurret in ferias vetitas.

Feria Tisri est vel Astronomica vel Civilis. Illa e calculo Astronomico nascitur appendicem trahens horarum & scrupulorum. Unde nomen ei datum Molad a verbo מְלֹא quod est nasci. Alteram vero, Kebiam vocant Judæi a figendo: Hæc horarum appendice caret, & vel consentit cum Molad vel illam sequitur intervallo unius aut alterius diei: nunquam precedit. Hujus dissensus causæ adferuntur quatuor; *Jach*, *Adu*, *Gatrad*, וְ בָתְעַתְּקְפָת. Quarum duæ priores omni annorum generi communes sunt, atque adeo in usu frequentiori; duæ reliquæ in anno communis tantum habent locum, & rarius usurpantur, præsertim postrema quæ non egreditur annum primum post Embolismum. Quoties in *Jach* deest vel unum Helek, nulla fit translatio.

Illarum causas, *Jach*, inquam, & *Adu* jam explicuimus, restat ut exemplis propositis confirmemus.

Si fuerit Molad Tisri 2. 20. 500. feria secunda habetur idonea anno inchoando, sed *Jach* (id est horæ 18. vel plures) translationem suadet in feriam tertiam. Kebia igitur Tisri, alias *Rosch Haschana*, est feria tertia.

Item si Molad fuerit 6. 10. 186. Kebia erit feria 7. propter *Adu*. Est etiam ubi binæ concurrunt translationis causæ ut in 4. 19. 296. hic unica sufficit translatio propter *Jach*, a feria quarta in quintam, istic cessante *Adu*. Sed si talis occurrit casus 7. 20. 105. gemina opus est translatione, una & potissima propter *Jach*, a feria 7. ad primam, & altera ob *Adu* a prima ad secundam. Ergo concurrentibus binis istic causis, translationis initium faciendum est a *Jach*, deinde ad *Adu* veniendum si opus fuerit. Et ubi *Jach* transferit in *Adu*, geminanda erit translatio, quæ Scaligero Comperendinatio dicitur. In Hebraicis literis *Gatrad* continetur hi numeri 3. 9. 204. Præceptum tale est: Quoties in anno Communi occurrit tale Molad Tisri 3. 9. 204. aucto majus transfertur Kebia a feria tertia in feriam quintam,